

GAMELIUM,  
MUSICVM, EMMETRYM:  
VIRO ILLVSTRI,  
PALLADIISQVE ARTIBVS,  
QVA BELLICIS, QVA LITTERA-  
RIIS, INCLITO, D.M  
IOANNI VVILD:

Cum virginem indole, & virtute præstabilem  
MARGARETAM FRVEYO sibi  
coniugem solemniter adiungeret:  
beniuolentiâ

FRANCISCVS GVILLIMANNVS  
*cecinit.*



FRIBV RGI.  
Typis Abrahami Gemperlin.

M. D. X C.

Ee 28, 20

EXAMINUM

INSTITUTIONE M. ENNSTADT

ANNO DOMINI MDCCLXXIII

IN DIEBUS

QUIBUS

REVERENDISSIMO

DOCTORI

ET

RECTORI

UNIVERSITATIS

WURTEMBERGENSIS

PROFESSORI

PHILOSOPHIAE

ET

RECTORI

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

IN HONORIFICVM CONIVGI-  
VM EGREGII MILITVM APVD GENERO-  
SISSIMOS LVGDVNENSES, VICE-  
ducis, probissimi, iuxta atq; doctissimi viri,  
Ioannis VVildij, & ingenuæ virginis  
Margaretæ Frueyo consortis.

Strophe I.

**H**ALIA princeps ordinis harmonici,  
Quæ lucidos artus lauis Hippocrenes  
Limpido fluente, lampademq; fratris  
Parnasiaca lauri frangis umbra adspergine:

Age lyræ, cum fidibus amœnis,  
Suppedita, qua Thracius poeta  
Tygres memoratur, & leuem Noti,  
Cum audientium stupore,  
Continuisse volacum, celeremq; gradum  
Fluuiorum: sunt canenda VILDIO, cui  
Non vocem VILDIVS auget?  
Iuvenum, virumq; vnicus flos Neuthonidum,  
Quæ carmina insonet patrius Sana,  
Naiadum adiutus liquidissima voce,  
Et collium repetant iuga.

Antistrophe I.

Dum floridam annis, & specie, in thalami  
Partem parat deducere MARGARETAM  
Cœlitum fauente Numine, & probante  
Iunone secunda, non absq; Cypridis face.

Fugite tristes, procul & abeste  
 Qui caperati simulant Caronum  
 Tultus tetricos, humi vsq<sub>3</sub> & vsq<sub>3</sub> de-  
 fixi obambulantés viam,  
 Nunc alijs agitur lux celebranda modis,  
 Hymen eus pectora exposcit vacua,  
 Frontemq<sub>3</sub> à nube serenatam,  
 Charitumq<sub>3</sub> conciliatricum latitiæ  
 Solemnior chorus: neq<sub>3</sub> enim Diui  
 Ipsi adeunt conuiuia, vel choreas ex-  
 hibent bonis sine Gratijs.

## Epodos I.

Huc ades positis grauioribus  
 Interea curis solitum negociorum,  
 VVILDI scientissime, seu te  
 Urbis presidium tibi RATZETI  
 Auspicijs in bellica strenuissimi  
 Ducis, in dextra & fidem tua  
 Credita, tenet: heu propè nuperè, ni  
 Tua praeuenisset industria,  
 Male fidis relictà præda proditoribus:  
 Seu magis Sophicis chartis pallefcere  
 Forsitan te iuvat, magnaq<sub>3</sub> rerum  
 Genitricis prodigia spectitare,  
 Quæ capiunt solum sapientum pectora, vulgatis  
 Auribus, rudibusq<sub>3</sub> animis minus peruia.

## Strophe. II.

Sic namq; Pallas diua tibi genito,  
 Cum primitus vit alibus ex mamillis  
 Coniugis Tonantis, ore purpurato  
 Succos traheres, Parca fila decurrere  
 Pepulit, belli vt clueas perennè  
 Victor, & artium simul Magister,  
 Fixa framea, vt lubebit, acquiescas  
 Quandoq; in sacris virectis  
 Aonidum, & Sophia, nunc ad aqua fluida  
 Caput acclinis: modo stratus sub umbra  
 Lauri, legens geminam fronde  
 Varia coronam, decus temporibus:  
 Circum fauentibus solito plausu  
 Præsidibus montis, lepidissimis Nymphis,  
 Totaq; Cœligenum domo.

## Antistrophe II.

Huc, macte virtute, oculos recipe,  
 Vitaq; dilectam sociam, iugalis  
 Quam tibi insolubili anulus dicatam  
 Nexu præhibet, contemplare fidencius,  
 Lepidulam fronte, labris, ocellis,  
 Uegeto & corpusculo, aude miles, aude,  
 Non iam Martis, procul absit Mars  
 Impiatus, est Cyberes.

*Iam cupide cape fructus licitos, liberos,  
 Viridanti ex hortulo succis refer et o  
 Quà te trahit Lubentia, & quàm  
 Animum vocat Cupido dux militiae  
 Vestris Amor, locusq; beniuolentes.  
 Orsibus arridet, Genitrix & amborũ,  
 Illustre polliciti genus,*

## Epodos II.

*Filios: patris atq; avi, ab insita  
 Qui nihil absistant pietate, nil ab equi  
 Amore, qui religionem  
 Tutentur patrius sub armis. Nam  
 Est probitas semper probis nõ infida comes,  
 Neq; fulminantis alitem,  
 Solitant tenera Cypridis iugales,  
 Solito sub incubatu educere  
 Suboles beata iam tuum sentiscere  
 Disce perpetuũ quod te mantat decus,  
 Comparatosq; virtute triumphos.  
 Titulosq; non auro delebiles (horrendo  
 Ipse licet, mundus compage solubilis  
 Corruat Jonitu, trepidetq; casum poli.*

## Strophe III.

*Ut arbores à germine florifico,  
 Gaudent bona bonum reculisse fructum:  
 Prole*

Prole sic proba, probisq<sup>3</sup> delibuta,

Aeui ab puerili, moribus, est parentibus volup.

Tamen utrumq<sup>3</sup> egregias per artes

Perficit, atq<sup>3</sup> auctat insitum, felix

Et adsiduus cultus, bonum, ut bona

Pallas impendit utriq<sup>3</sup>

Quo magis est animus vos procul Aonidum

Immittere arcibus, viuace penna,

Et fida nomina post futurus

Celebrata saeculis transmittere.

Succedite o<sup>3</sup> boni, solida fama

Viuidi alumni, & meritis vestris datum

Agnoscite egregium decus.

### Antistrophe III.

Permittite exemplar fidibus validis

Vos asseram, virtutibus, atq<sup>3</sup> fama

Diligentia, omnibus palam sequendum:

Permittite sumat hinc quisq<sup>3</sup> vitae regulam.

Ita pollethi tenebris ab atris

Eripitur mortalium genus, se-

curum invidia nigris ab vnguibus,

Caelicum & potitur oris,

Non sine nectare. Nam quid sumus hic aliis

Homines, quam lucis umbra, quam vel ala

Concussu differat hinc Auster,

Lenesq<sup>3</sup> offusa sudo nebula nihilent:

Ni facta clara, ni decus, & laudem  
 Perpetua obsignent monumenta, & molem hanc  
 Potens Lyræ canor personet orbicane.

## Epodos III.

Longa si iuvat, ut iuvat, vnicum  
 Quod superat votis modo, secla comprecari,  
 Vobis precor, detur utriq;  
 Sexcentas vegeto, valenciq;  
 Condere messes, ut volucris, quæ fragrantium  
 Arabum deserta perpetua  
 Habitat, sibi mortis & lucis auctor,  
 Etiam multo, si cupido, amplius.  
 Quis enim te VILDI dignior, cui Copia  
 Quidquid est penitus repostum muneris  
 Funditet, munis, & grata bonorum,  
 Superùmq; fauor permittat benignus,  
 Viuere felicem magnis in honoribus æuum, auctum  
 Prole, diuitijs, valide in senectate ultimam.







AD EOSDEM, EIDEM THORO,  
EADEM COPVLA CONIUNCTOS,  
EIVSDEM ARGVMENTI  
Elegiacum.



On dite non pauido, nunc arma, Leonides, ausu,  
Bomborum horribiles sistite dum sonitus.

Militiaq; Duci vestrae conferte secundo,  
Cristatas nectat picta corona comas.

Præfulget tellus, Hymenæo splendida verè,  
Ingenuis tædis cultaq; prata fauent.

Nears iam lasciuus socialia sacra requirit,  
Latior attracta Pallade viuut Hymen.

Castos ergo Hymenæe toros: tu carmen Apollo,  
Fidi Musa refer vincula connubij.

Hos patitur thalamos, vix vrbs generosa Leonum  
Aegrius ora sui fertq; remota Ducis.

Neuthonia contra populus, magni, minimiq;  
Adplaudunt, epulis dant operam, atq; choris.

Quid parit vnanimis varijs in cordibus actus?  
Vildiaci triplex, scilicet, oris honos.

Virginis haud custos vniquam vigilantior Argus,  
Iustior, aut mage Dux Thessalus acer erat.

Sydereis, vultu formaq; simillimus astris  
Dux, virtute pius, Palladis arte potens.

Hinc dolet, hinc reuocat Ductorem vrbs externa clarum:

Hinc salit, hinc retinet Patria nota suum.

Regnat vulgaris, vel turbæ, rara cupido,

Uildorum aſt regnat ſumma cupido virum.

In Duce magnanimo natura iuncta parenti

Sic fortuna fuit, nomina vt apta daret.

Uildia progenies triplici veneranda decore,

Armis, mente pia, Palladis ingenio.

Extremis ſimiles vix cernas vectus in oris,

Sic toto Phœnix vnus in orbe volat.

Quis namq; ingenium, mores, aut pectus adaequet?

Quicquid in his optes, vnus id ipſe tenet.

Unica defuerat tali par ſponſa marito,

Moribus, & niueo virgo decore nitens.

Quam Triuia lenis ſpecies, nec Cynthia vincant,

Aut ætate pares, ingenio ſuperent.

Pectora vir caſto reuerentia fidet amori

Atq; huius ſtudio uiuet honore potens.

Ille maritales famulos, cum prole venuſta,

Sollicito & totam paſcet amore domum.

Marcida non intro ſinet induci oria luxu,

Ingenuo ſubiget, naua, labore ſuos.

Clarior hinc Patrum ſolio reſidebit auito

Coniunx, & ſummum conferet vſq; decus.

Formoſa ergo puella, nouo iam nupta Marito,

Cum placido longos coniuge viue dies.

Clarus militia Dux, dignus teq; Maritus,

Conſortem haud faciet laude carere ſuam.

Mox

D. M. IOANNIS VVILD.

*Mox fama in medios procedes inclita Gallos,  
Diceris tanto moxq̄ beata viro  
Iungere praclaro, coniunx praclara, Marito,  
Cui natos edas, sobrietate pares.  
Cælestes opto nutus sacra vincula firment,  
Aeternum socios. confoneantq̄ toros.*


Euripidea Horatij sententia.



NIHIL EST AB OMNI PARTE BEATVM.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
U.S.A.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

